UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Decretum Gratiani

Gratianus <de Clusio>

Parisijs, 1542

Quarta, an liceat clericis vestib[us] fulgidis ornari? Sol. no[n].

urn:nbn:de:hbz:466:1-62466

Visual Library

ſeſſiones grauatas tributis: immo ſi habet, deſeret eas: vt. x. q. ij. hoc ius. §. item predium. Uel appellat hos conductores qui aliquid conducunt vt alijs carius locent. Et eſt ſi. C. locati. milites.
a ¶ Inhoneſto. quia honeſto poſſunt: vt. xcj. diſtinc. clericus victum.

vbi dicit quod ſi alicui taliter legatum eſt vt cū filijs habitet non requirit quod in quolibet momento ſit cum eis. Ad idē ff. de an. leg. l. meuia. in prin. et §. j. et ſic etiam no. xxij. diſt. ſacroſctā. vñ et ſi per quatuor meſes ſeruiat toti⁹ anni reditus cōſequi videt ar. ff. de an. leg. a nobis. Jo. de fan.

Cyprianus. ¶ Caſus. Apud furnenſem eccleſiam laici morientes in teſtamēto ſuo ſacerdotes, et diaconos et alios clericos nominabāt tutores vel curatores filiorum ſuorū. quare Cyprianus ſcribit clero et populo illius ciuitatis: dicens hoc eſſe contra ſtatuta ſanctorū patrum: et contra ea que in concilio epiſcoporum ſtatuta fuerunt. vnde precipit Cyprianus vt hoc decetero non fiat. ſi vero quis fecerit: pro eius dormitione ſacrificium non celebret. Que autem ſequuntur vſq ad queſtionē plana ſunt.

j. Ti. ij. a.

b ¶ Tutorē. Tutelam teſtamentariam non recipient clerici: ſed legitimam poſſunt ſi volunt, ſed non cogūtur recipere eam. De hoc notaui. xvj. q. j. generaliter. et. lxxxvj. diſtinct. peruenit.

Clerici an poſſunt eſſe tutores. ij. Ti. ij. a.

c ¶ Probauit. id eſt deuouit.
d ¶ Pro dormitione. Jd eſt morte. Nunquid ergo talis eſt excommunicat⁹? non: ſed ideo fit: q impenitens decedit. Dicunt tamen quidā hoc eſſe dictum ad terrorem: vt extra de rap. ſuper eo. et de tornea. c. j.
e Mollitijs. id eſt delitijs.
f Hi qui. Unde tūc nō poſſunt vocari in ius. ff. de in ius voc. l. ij.
g ¶ Sed die. Horis tamen interpolatis. ſic ſumitur. xxxvj. diſtinct. ſi quis vult. et. ff. de con. et de. ſi quis ita,

procuratores: neq vllo turpi vel inhoneſto[a] negocio victū querant, quia reſpicere debent ſcriptum eſſe: Nemo militans deo, implicat ſe negocijs ſecularibus.

Item ex epiſtola Cypriani ad preſbyteros, et diaconos, et plebem furnenſem.

¶ Secularium negotiorum procurationem clerici non ſuſcipiant.

Cyprianus preſbyteris et diaconibus plebi furnenſi conſiſtentibus ſalutem. Jampudem concilio epiſcoporum eſt ſtatutum ne quis de clericis et dei miniſtris tutorem[b] ac curatorem teſtamēto ſuo nominauerit: quandoquidem ſinguli diuino ſacerdotio honorati, et in clericorū miniſterio conſtituti, non niſi altari et ſacrificijs deſeruire, et precib⁹ atq orationib⁹ vacare debeāt. Scriptum eſt enī: Nemo militans deo, implicat ſe negocijs ſecularibus, vt poſſit placere ei cui ſe probauit[c]. qd epi et anteceſſores noſtri religioſe cōſiderantes, et ſalubriter prouidentes cēſuerunt ne quis decedens ad tutelam vel curā clericum nominaret: ac ſi quis hoc feciſſet, non offerret pro eo, nec ſacrificium pro dormitione[d] eius celebraret: neq enim ante altare dei merentur nominari in ſacerdotum prece qui ab altari ſacerdotes et miniſtros volunt auocare.

Item ex eadem.

¶ Non licet clericis mollitijs et ſecularibus rebus obligari.

Mollitijs[e] et ſecularibus rebus, laqueiſq obligari non debent qui diuinis rebus et ſpiritualibus occupati ſunt, nec ad terrenos et ſeculares actus vacare.

Item ex eadem.

¶ Secularibus negotijs clerici non alligentur.

Hi qui[f] in eccleſia dñi ad ordinationē clericorum promouentur, in nullo ab adminiſtratione diuina auocentur, nec moleſtijs et ſecularibus negotijs alligentur: nec ab altaribus et ſacrificijs recedant: ſed die[g] noctuq celeſtibus rebus et ſpiritualibus ſeruiant.

Item vt ſupra Cyprianus.

¶ De eodem.

Sacerdotium[h] religioſe decretum et neceſſarie factum ſeruetur[i] a nobis: ſimul et ceteris fratribus detur exemplum ne quis ſacerdotes et miniſtros dei altari ei⁹ et eccleſie vacantes, ad ſeculares moleſtias deuocet. Obſeruari decetero poterit ne qs vltra hoc faciat circa perſonam clericorum: ſi quod factum eſt, fuerit vindicatum.

¶ Queſtio. iiij.

Quod vero[k] fulgidis, et claris veſtibus eis ornari non liceat: in. vij. ſynodo iubet, in qua ſic ſtatutum eſt.

¶ Corripiātur clerici qui vnguentis et claris veſtib⁹ et fulgidis laſciuiunt.

h Sacerdotiū. id eſt ɔſtitutio de ſacerdotib⁹.
i ¶ Seruet. Hec ſunt verba conſtitutionis vſq ad illum locum: obſeruari.
Quod vero ful. ¶ Caſ⁹. Hic intitulat. iiij. queſtio: vbi querit an liceat clericis fulgidis veſtibus ornari? Et reſpondet quod non ad iactantiam: et ad laudem humanam: vt infra. ca. j. ſed ſi preter corporis voluptatem clerici pulchrum habeant indumentum: dummodo ſit honeſtū: non reprobatur: vt ſupra. xlj. diſtinc. c. parſimoniam. Jn talibus enim non vſus ſed libido eſt in culpa: vt. ſ. xlj. diſtin. quiſquis.
k ¶ Quod vero. No. quod vſus veſtiū non deſpicitur ſed abuſus: ſcilicet iactātia et voluptas: q in victu non refert quis, vel quid vl' q̄ītuz comedat: dūmodo non guloſe ſumat: vt. xlj. diſtin. quiſquis. et. c. delicie. idem dico in veſte: vt. xlj. diſtin. parſimoniam. et hic in cap. j. Poſſunt ergo clerici ſecundum conſuetudinem regionis p̄cioſis veſtibus vti vt cōformēt ſe moribus eorum inter quos viuunt: et ne vileſcat dignitas clericalis: argumē. lxxx. diſtinctio. epiſcopi. ſed rubeis et viridibus pannis non vtentur: omnea deſuper habebunt clauſas veſtes. extra de vita et hone. cleri. clerici. purpuram et cendatum poſſunt ferre. Nam veſtis domini purpurea fuit: nec tenet illud quod

Ueſtes ferant ſm regionis conſuetudinē.

legitur extra de vita et hone. cleri. ſtatuimus. quia non fuit per vſum vtentium approbatū: ſicut nec illud Gre= go. vij. extra de appel. meminimus. Greg. tamen dicit ꝙ ſi cultus precioſarum veſtium non eſſet in culpa, ſermo dei non tam manifeſte exprimeret ꝙ diues indutus pur pura ⁊ byſſo deſcē dit ad inferos. de pe. diſtin. iij. cauen= dum. ſed illud non obſtat: quia ſine cha= ritate erat nam ꝓ= pter diuitias quis non damnaretur. xxx. diſtin. hec ſcri= pſimus.

O Mnis iactu= ra ¶ Caſus. Hoc cap. diuiditur in tres partes. In prima dicitur ꝙ cle rici fulgidis veſti= bus ſe ornantes, et qui vnguentis vn= gunt, epitimio tra dantur. In ſecun= da parte dicitur ꝙ quidam erant he= retici qui deride= bant eos qui vili= bus veſtibꝰ indue= bantur: dicentes ꝙ (Puer. xv.) homines debebāt ornari, ⁊ non eccle= ſie. quorum here= ſim ſi quis ſequit, per epitimiū corri= gat. In tertia par= te dicit ꝙ antiquitꝰ homines vtebātur mediocribus veſti= bus: ſed nō ſericis vel ornamentis va riorum colorum. qđ iuxta Baſilium ex elatione mentis vi= detur ꝓuenire. Se cunda pars incipit ibi Quoniam vero. Tertia ibi, Priſcis. Hi, ſupple ideo. Hanc, id eſt here= ſim vel contamina tionem.

(Mat. xi. a.) a ¶ Ornatura. q̄ fit cauſa volupta= tis. alias ſecus: vt xli. di. parſimoniā et. c. delicie.

(Epiti= mium qđ ſignifi= cat.) b ¶ Epitimio. id eſt ſuſpēſioni vniꝰ ſeptimane: vt. j. ca. ꝓxi. Uel epitimium dicitur increpatio vel eſt genꝰ pene.

c ¶ Qui vnguentis. Non propter egritudinem, ſed vt melius redoleant propter voluptatem: quod non licet. xcij. diſt. cantantes, ⁊ de conſe. diſt. iij. peruenit.

O Mnis iactura ⁊ ornatu= ra[a] corporalis a ſacrato ordine aliena eſt. eos ergo epi= ſcopos vel clericos q̄ ſe fulgi= dis et claris veſtibus ornant, emēdari opꝫ. ꝙ ſi in hoc ꝑman ſerint, epitimio[b] cōtradantur. ſimiliter ⁊ eos qui vnguentis[c] vnguntur. ¶ Quoniā vero ra= dice amaritudinis exorta cōta minatio facta eſt in eccleſia ca= tholica chriſtianos calūniātiū hereticorum: hi qui hanc rece= perunt, non ſolū imaginarias[d] ſcripturas abominati ſunt, ſed etiā omnē reuerētiam repule= runt: eos qui religioſe ac pie vi uunt, offendentes: ac per hoc cōpletur in eis quod ſcriptum eſt: Abominatio eſt peccatori dei cultus. Igitur ſi inuenti fuerint deridentes eos qui vili bus et religioſis veſtibus ami= cti ſunt: per epitimium corrigā tur. ¶ Priſcis enim tēporibꝰ oīs ſacratus vir cum mediocri aut vili veſte conuerſabatur, omne quippe qđ non propter neceſſitatē[e] ſuam, ſed propter venuſtatē accipitur, elationis habet calūniam, queādmodum magnus ait Baſilius. ſed ne= ꝗ ex ſericis texturis veſtem qs variatam induebat, neꝗ appo nebat variorum colorū ornamē ta in ſummitate[f] veſtimento= rum. audierant enim quia qui mollibus veſtiuntur, in domi= bus regum ſunt.

I tem ex. viij. ſynodo.

¶ Clerici ſiue in itinere ambu lantes, ſiue alibi degētes, con= gruis veſtibus ſibi vtantur.

N Ullus eorū qui connu= merātur in clero, veſti= mentū indecēs habeat ſiue in ciuitate degens, ſiue in itine= re[g] ambulans: ſed ſtolis[h] vta= tur, que conceſſe ſunt clericis. Si vero quis tale quid fece= rit, per vnam[i] hebdomadam ſuſpendatur.

I tem zacharias papa.

¶ Non ſecularibus veſtibus, ſed ordini ſuo conuenientibus clerici vtantur.

E Piſcopi, pbrī, diaconi ſecularibꝰ indumentis non vtantur, niſi (vt condecet) tunica ſacerdotali[k]: ſed neꝗ dum ambulauerit in ciuitate, aut in via, aut in plateis ſine operimēto[l] preſumant ambu= lare, preterꝗ ſi in itinere lon= go tēpore ambulauerint: quia ſi= cut mulier orās in eccleſijs nō velato capite deturpat caput ſuū, iuxta apoſtolicā vocē: ita ſacerdos ſine operimento de= turpat ſacerdotium ſuum. ꝙ ſi temere preſumpſerit cōtra ſta= tuta agere, communione pri= uetur donec que ſtatuta ſunt adimplere maturet.

I tem Leo papa.

¶ Extra domos ſine proprio ornatu, ſacerdotes non appa= reant.

S Ine ornatu ſacerdota= li extra domos ſacerdo tes apparere nullo modo con= uenit, ne vt aliqs ſecularium[m] iniurias patiantur. cōtrarius deniꝗ inuentus aut deſinat, aut canonice ſubiaceat diſci= pline.

I tem Innocen. papa. ij.

¶ Careant beneficijs eccleſia ſticis qui corrigi ab epiſcopis contemnunt.

d ¶ Imaginarias. In quibus imaginamur et reſpici= mus conditionem noſtram.

e ¶ Neceſſitatem. i. commoditatem ⁊ honeſtatem. † († Bñ dicit, nā ſi ſolū neceſſitatē attendas pellis capina ſufficeret: qđ non eſt verū. xli. diſt. parſimoniā. ⁊. §. vlt. ſm Jo. de fan.)

f ¶ In ſummitate. i. limbo.

N Ullus. ¶ Caſus. Statuitur in hoc ca. vt nullꝰ clericus veſte vta= tur indecenti: ſiue moretur, ſiue va= dat: ſed vtatur ſto= lis. i. veſtibus vel cappis que ſūt con ceſſe clericis. et qui contra fecerit, per hebdomadam ſuſ= penditur.

g ¶ In itinere. ni ſi fuerit iuſta cau= ſa timoris. extra de vi. ⁊ ho. cle. cleri.

h ¶ Stolis. i. ve= ſte talari ſuperpel= licio vel cappa.

i ¶ Per vnā. No ta de ſuſpenſione vniꝰ ſeptimane. ſic de cōſe. diſt. ij. ſi qs per ebrietatē. et. v. q. ij. preſenti.

E Piſcopi. ¶ Caſꝰ. Qui dam clerici laicali= bus indumētis vte bantur: ⁊ ſacerdo= tes ſine pallio i pu= blico apparebant quare ſtatuit za= charias vt hoc de (j. cor. xi. b.) cetero non faciant niſi itinere lōgo am bulauerint: quia ſi cut mulier orans non velato capite, deturpat caput ſu= um. id eſt virum, ita ſacerdos ſine o= perimento detur= pat ſacerdotium ſu= um. Si quis vero contra hec ſtatuta fecerit, communi= one priuetur. Sa= cerdotali. id eſt ta= lari. Seq. cap. pla= uum eſt.

k ¶ Sacerdotali. i. talari. vt. xxiij. di= ſtin. non liceat.

l ¶ Operimento. Id eſt ſine cappa vel pallio.

m S Ine ornatu. ¶ Se cularium. Ergo vi detur ꝙ qui verbe rat tales non ſit excommunicatus. extra de ſenten. ex= commu. in audientia. ſed hoc non eſt verum: vt notaui. xvij. q. iiij. quiſquis. Jo. de fan.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

P Recipimus. ¶ Caſus. Precipit Innocentius vt clerici tam honeſte in habitu corporis ⁊ in moribus ſe habeāt vt aſpectum laicorū, quorum forma eſſe debent, non offendāt. Si quis vero contra fecerit: niſi admonit⁹ reſipiſcat, beneficio careat ecclesiaſtico.

S Uum vero. ¶ Caſ⁹. Hic proponitur quinta queſtio: qua queritur an clerici ab epiſcopo ſuo correcti officiū relinquētes ad ſeculare iudicē cōfugere poſſint? Et reſpondet ꝙ non.

a ¶ Suum vero. Hec queſtio determinatur. xj. qōe.j. placuit vt quicūqʒ. et.c.inolita.

P Lacuit. ¶ Caſus. Statutum fuit in concilio Agathenſi ꝙ ſi quis clericus propter correctionem epiſcopi vitandam relicto ſuo officio ad ſecularem iudicem confugerit: et is ad quem confugerit, opem ei defenſionis prebuerit: vterqʒ de communiōe eccleſie repellatur.

S I quis a proprio. ¶ Caſ⁹. Statutū fuit in cōcilio antiocheno vt clericus ab epiſcopo ſuo deposit⁹ vel epiſcop⁹ a ſynodo degradatus ad imperatorem non recurrat, ſʒ recurrat ad ſynodum: ⁊ ibi alleget que ſibi ꝓfutura putabit. ꝙ ſi hoc facere contēnat, ſpē reſtitutionis in futurum nō habebit.

b ¶ Imperialib⁹. Ab imperatore nō poteſt peti cognitio publicorum iudiciorum: ſed epiſcopale iudiciū pōt peti ab eo. xj. queſtione.j. placuit vt quicunqʒ.

Iudiciorum publicorū cognitio ab imperatore peti non poteſt.

c ¶ Nullam veniam. Idem eſt in eo qui excōmunicat⁹ celebrat. xj. qō. iij. ſi quis eps. idē in eo qui tranſit ad aliā eccleſiā authoritate propria. vij.q.j. ſi quis preſbyter.

S I quis cuiuſlibet. ¶ Caſ⁹. Statutū fuit in cōcilio Carthaginēſi ꝙ ſi aliqs epiſcop⁹ iudicio epiſcoporū fuerit dānatus, nō debet a ſua eccleſia vel ab aliq̄ homine defenſari: et qui eum defenderit, pena pecunie ⁊ amiſſione ſui honoris puniet: a q̄ pena, nec ſexus, nec etas excuſat.

d ¶ Pena. Ar. penam pecuniariam poſſe infligi ab eccleſia. xxiij. diſtinc. ꝗꝗ. xviij. diſt. qm̄ quidē. xvj.q.j. ſtatuimus. ⁊.q. vj. cognouim⁹. ⁊. xxiij.q. v. de liguribus.

e ¶ Nec etatem. dūmodo ſit capax doli: vt de cōſe. diſ. iiij. cos. ex̄ de delic. pu. ca. j. B.

S I forte.

f ¶ Suſceperit. ad defendēdū.

S I qs epiſcopus. ¶ Caſ⁹. Statuit Martin⁹ papa in hoc ca. ꝙ ſi eps vel ali⁹ cleric⁹ cōquerit ſe iniuſte dānatuʒ, recurrat ad cōcilium epoꝝ: ⁊ ibi ſi quas habet innocentie cauſas alleget. ſi autē voluerit ad principē recurrere, nullam ſpem future reconciliatiōis habebit.

g ¶ Palatio. nullus em̄ eps vel pſ̄byter ſine conſcientia alioꝝ epiſcoporū ibit ad imperatorē. xxiij. q. viij. ſi quis epiſcopus.

S I epiſcopoꝝ. ¶ Caſ⁹. Quidam epiſcopi cum ſuas cauſas coraꝫ

P Recipimus vt tam epiſcopi q̄ʒ clerici in ſtatu mentis, in habitu corporis deo et hominibus placere ſtudeant, et nec in ſuperfluitate ſciſſure aut colore veſtium, nec in tonſura, intuentium (quorum forma ⁊ exemplum eſſe debent) offendant aſpectū: ſed potius qđ eorum deceat ſanctitatē: quod ſi moniti ab eis emendare noluerint, eccleſiaſticis careāt beneficijs.

¶ Queſtio.v.

S Uum vero [a] epiſcopū relinquere, ⁊ ab officio ſuo diſcedere, atqʒ ad ſecularem iudicē confugere nulli licet.

U nde in Agathēſi ꝯcil. legit.

¶ Clericus ad iudicem ſecularem confugiēs de cōmunione eccleſie depellatur.

P Lacuit vt cleric⁹ ſi relicto officio ꝓpter diſtrictionē ad ſecularē iudicem fortaſſe cōfugerit: ⁊ is ad quē recurrit, ſolatium ei defenſionis impenderit: cum eo de eccleſie communione pellatur.

I tē ex cōci. Antiocheno.

¶ Preſbyter vel diaconus ab epiſcopo depoſitus imperatorem non adeat.

S I quis a ꝓprio epō depoſit⁹ preſbyter vel diaconus, aut etiā a ſynodo quilibet eps fuerit exauthoratus: moleſtiam imperialibus [b] auribus inferre nō preſumat, ſed ad maiorū epiſcoporū ſynodū ſeſe conuertat: et que ſe putat habere iuſta, in eorum concilio alleget, atqʒ ab his de ſe expectet que fuerit deprompta ſententia. ꝙ ſi deficiens puſillanimitate hoc noluerit facere, ſed importun⁹ fuerit imperatori: huiuſmodi nullam veniam [c] habere, nec locum vllius aſſertionis ſue, nec ſpem recipiēdi gradus habeat in futurum.

I tem ex conci. Cartha. v.

¶ Nō defenſet ab aliquo qui epiſcopoꝝ iudicio dānat.

S I quis cuiuſlibet honoris clericus iudicio epiſcoporū pro quocunqʒ crimine fuerit dānatus, nō liceat eū ſiue ab eccleſijs quibus prefuit, ſiue a quolibet hoīe defenſari interpoſita pena [d] damni, pecunie, atqʒ honoris: quo nec etatem [e] nec ſexum excuſandum eſſe precipimus.

I tem ex conci. Arelaten̄.

¶ Cōmunione priuet qui eccleſiaſtice diſcipline regulā fugientē defenſare preſumit.

S I forte aliquis clericorū regulā diſcipline eccleſiaſtice ſubterfugiēs fuerit euagatus: quicunqʒ eum ſuſceperit [f], ⁊ illum pontifici ſuo nō reconciliauerit, ſed magis defenſare preſumpſerit, eccl'ie cōmunione priuetur.

I tē ex cōci. Martini pape.

¶ Spe recōciliationis careat qui ab epiſcopis cōdēnat⁹ imperatorem adierit.

S I qs eps, pbr̄, aut diaconus excōicat⁹ in cōcilio iniuſte ſe querit cōdēnatū, ad maioꝝ epiſcopoꝝ ꝯciliū reuertat: vt eoꝝ inqſitionē ⁊ iudiciū expectās, ſi quas ſe iuſtas cauſas habere putat, illis exponat. ſi autem contempſerit, et importans ſe palatio [g] aures principū inquietare voluerit: hic ad nullā veniā poterit peruenire, neqʒ ſpem future recōciliationis habebit.

I tē Gre. Cōſtātino auguſto.

¶ Epiſcopoꝝ cauſe corā principib⁹ examinari nō debēt.

S I epiſcopoꝝ cauſe mihi commiſſoꝝ apud pýſſi=